

NObil. Dn. Marcus à Lapheim/
Præfector in Weissenhorn/
chronicā & sèpius recurrente angu-
stia pectoris, à crasso phlegmate ve-
lut glutine adhærescente, molesta-
tus, nihil magis contulit, seq. pul. 3.
cum vino, vel iusc. ad eum velut sa-
cram anchoram, si quid mali sentit,
confugiens.

RE. Fol. sen. l. l. 32. R. Jalapæ 3*β.*
diagr. præp. 3*iiii.* tremor. Tart 3*iiii.*
cinnam. anisi. a. 3*j.* caryo. zing. al. an.
3*β.* f. p.

In affectibus etiam cap. & ven-
triculi, ad phlegma removendum,
est præstantissimum.

De Pleuritide.

OBSERVAT. I.

DN. Nicolaus Weiss/Vien-
nensis Mercator, Pleuriti-
de lateris dextri Ulmæ de-
cumbens afflumpis 3*iiii.* ol.
amyg. d. cum iusc. Gall. cal. copiosum

phlegma vomitu rejicit, & per al-
vum aliquoties excrevit, magno
cum levamento. Id mira præstare
sèpius observavi.

OBSERVAT. II.

De casu singulari.

CUm admodum Rever. & Nobis-
lis. Dn. Henricus à Welden/
Canonicus Episcopatus Augustani
& Elwacensis, pleuritide sinistri la-
teris est correptus, ex subitaneo af-
fluxu humorum pituitosorum & bi-
liosorum, in membranam costas suc-
cinctem, decumbentium, aderat
febris continua, dolor pectorius,
difficilis respiratio, per tussim excre-
ta materia phlegmatica cum sanguine
mixta purulenta, admodum fetida,
salsa & fervida adeò, ut Dn. æger
sèpius questus, quoties materia pro-
cessit, eam valde graveolentia lu-

sibi molestam, salsa & tam acrem,
ut vereatur, ne fauces corrodat, aut
exedat: materia illa suo factore non
tantum ipsi ægro in excernendo mo-
lestia, sed & mephitim spirando a-
stantibus infesta, index internæ cor-
ruptionis ac putredinis. Illius Dn.
Parent mihi referebat, se aliquoties
januæ apertæ, dum in hypocaustum
ingredi vellet, retrocedere coa-
ctum, ob afflatum auræ putidæ, Na-
ture aduersæ. Excretio illius mate-
riæ purulentæ, fetidæ, salsa & fer-
vidæ, in copia rejectæ, per dies 14. du-
ravit, & tertia denum septimanæ, ex

toto

toto desit. Gravissimus ille effectus, quem arte humana propulsari posse, plerique facri & profani ordinis visitantes, pro impossibili reputabant, cum symptomatis concomitantibus ita tractatus & sublatus.

Primo: $\frac{1}{2}$. Mann. El. $\frac{1}{2}$. j. dif. in dec. pect. $\frac{1}{2}$. b. col. ad. syr. rof. sol. d. Mann. fax. a. $\frac{1}{2}$. j. M.

Pro dolore mitigando:

$\frac{1}{2}$. Ung. dialth. pector. anodyn. 1. $\frac{1}{2}$. j. ol. amyg. d. 3ij. M. Ung. locus aff. Empl. d. Melil. etiam admotum, cuius effectus in dolore pectorio demulcendo, in primis laudatus, adeo, ut cum Laphemii pleuritis velut epidemia lues grassaretur, illius applicatio etiam agricolis communica-ta, ad dolorem loquendam, id hau-dibus ad astra usque efferentes, & tam nobile Empl. quasi in caelo usur-pandum, dictitantes, aliquot illius libræ erant transmissæ,

Interius per aliquot matutinas ol. amyg. d. rec. cum jusc. Gall. exh. ma-gno cum levamine.

Cum materia purulenta, fervida, fœtida, salsa & acris rejecta, indubium argumentum ulceris putridi, maligni & corrosivi, eo scopus diri-gendus, ut per abstergentia ad expe-ctorationem promoverentur, & acrimonia mitigaretur.

Eo fine:

Pro potu ordinatum dec. hord. m. b. R. liquit. $\frac{1}{2}$. b. pass. $\frac{1}{2}$. j. sem. anisi. p. j. in Mens. 1. b. aq. font.

Sæpius in die cochl. j. syr. viol. f. cum præd. dec. cyatho. M. In de-clinatione autem usus dec. pass. li-quit. cinnam. & modico anisi.

Per aliquot vices velperi, antè som-nnum exh. pomum dulce excau-sach. cand. al. repletum & coctum, velut iuvenator proficuum, in mundi-ficando.

Ad expectorandam materiam:

$\frac{1}{2}$. Syr. liquit. $\frac{1}{2}$. Jujub. $\frac{1}{2}$. b. oxy-mel. scyl. $\frac{1}{2}$. j. M.

Sed prærogativam habere visa aq-pectoralis, eam valde extollendo.

$\frac{1}{2}$. Aq. scab. $\frac{1}{2}$. Veron. card. b. an. $\frac{1}{2}$. b. hyll. $\frac{1}{2}$. j. tussil. $\frac{1}{2}$. chærefol. $\frac{1}{2}$. j. fac. cand. al. 3vi. man. Chr. perl. $\frac{1}{2}$. b. M. Aq. Capon. f. cum jusc. Gallin.

Aquacordialis ordinata ipsi grata:

$\frac{1}{2}$. Aq. ceras. $\frac{1}{2}$. bor. bug. acet. Ros. a. $\frac{1}{2}$. b. cinnam. 3vi. marg. præp. $\frac{1}{2}$. j. coral. rub. præp. $\frac{1}{2}$. b. bezo. ori. gr. vi. man. Chr. perl. 3vi. fol. auri fini.

2. M.

Sacculi pulsat. carpis man. apl.

$\frac{1}{2}$. Fl. bor. bug. ros. anth. a. p. j. sp. diamar. fr. $\frac{1}{2}$. j. cum sind. rub. f. 2. fac. rub. seq. aq. & express. cep. apl. $\frac{1}{2}$. aq. bor. bug. ros. a. $\frac{1}{2}$. b. aq. meliss. $\frac{1}{2}$. j. M.

In fine, pro cerebro confort.

$\frac{1}{2}$. Sp. diambr. diamos. d. diaplit. cum mos. a. $\frac{1}{2}$. j. conf. alker. $\frac{1}{2}$. b. ol. suc. rect. gut. 4. sac. dif. in aq. ros. & lau. $\frac{1}{2}$. 4. f. R.

Et sic Nob. Dn. Patiens, astite & aspirante gratiâ ac benedictione di-vinâ, Naturâ cooperatrice, & manu-medi-

medicā adjuratrice , quasi è faucibus Orci subtractus , cum pœnè singuli ægum invisentes , de recuperandâ valitudine desperant . Et sanè animus etiam meus non raro de illius salute anceps ac dubius , in primis anxius eram ac sollicitus , cum materia excreta acris , salsa & fervida , ne in transitu eroderet ac exulceraret pulmones , & ita ex charybdi in scyllam incideremus , ut pleuritidi succederat phthisis , sed Deo O. M. sit laus in ævum , qui malum illud avertit , & plenariam sanitatem restituit .

Cum Dn. æger , viribus redintegratis , se conferre constituisse Ingolstadium , ad absolvendum studiorum cursum , efflagitabat à me , ut casum istum literis comprehensum , sibi communicarem , eum perlungandū tradiceret , Dn. D. Menze-

lio , Professori & Medico illic suo ordinario , ut si denuò ægrotare cæperit , exin captaret anam procedendi commodiorem , cum mea consilia ipsiadeò proficia . Aliquot mensura intervallo post , cum ille suos Dnn. Parentes denuò visitasset , tūm & ego Laphemium evocatus , cum apulisse , Dn. Parens ex arce per scalas in atrium descendens , & me per quam humaniter excipiens , hilari ac subridente vultu , hisce verbis est affatus . Dn. D. Menzelius , Dn. D. consilium valdè laudavit , dicens : Nullum Medicum in toto territorio , quicunque ille sit , melius concipere potuisse , & in votis habuisse , mea frui consuetudine .

Apographum illius extat in meis consultationibus .

OBSERVAT. III.

NOb. Dn. Christoph. Kräfft /
Patricius Ulm. Pleuritide sat gravi lateris dextri infestatus , cum febre continua , dolore pectorio ingenti , respiratione difficulti , à defluxione sanguinis , cum esset corpulentus & sanguineus ac plethoricus , ve- næcætio administrata , aperta media- na lateris affecti . Ad dolorem miti- gandum : ℞. Ol. amygd. d. rec. ℥vj. fac. cand. al. 3j. M. Exin dolor multo remissior & x. secessus subsecuti , quasi potionē purgante oblata . Post bis in die seq. decocti. ℥vj. 4. exh.

℞. Fl. pap. errat. m. j. aq. scab. ℥vj. is. card. b. pap. errat. a. ℥vj. leniter bull. cum mod. facili. f. Jul.

Ad prohibendum affluxum & in- flammationem demulcendam .

Ubi materia excerni cæpta , ad absterg.

℞. Aq. hys. card. b. a. ℥vj. scab. ℥vj. farf. chæref. an. ℥vj. fac. cand. al. 3vj. man. Chr. perl. 3vj. M.

Intra paucos dies convaluit , licet ipse æger de sua salute desperabundus esset .

R

OBSER-

OBSERVAT. IV.

Uxor Dn. Matth. **Bec** / Ulm.
mercatoris, gravida & jam partu vicina, pleuritide correpta cum excretione materiae purulentæ sat olidæ, dolore pungente, alvo adstricta, & ingenti ventris tormine. Pro dolore mitigando lambat:

Ol.amyg.d.rec.3iiß.cum fac.cand.al.3j. M.

Pro abstersione materiae:

R. Aq. scab. 32. hyss. card.b. bor. a.3iß.fac.cand.al.3ij.man.Chr.perl. 3ij. M.

De hoc etiam syr.sumat.1.2.coch.

R. Syr.liquir.32. viol.f. 3j. d. adianto. 3vi. M.

Lateri dol.apl.lint.imbutum seq. ol. & expressum. 2. ol. chamo.a-neth. amyg. d. a. M.

Cum ingens querela de alvo adstrictâ & cruciatu quasi ventrem diveniente, hoc clyisma injectum:

R. Ol.amyg.d.chamo.a.3iß.mell. anthos.3iß.facch.rub.3j. vit.2.ouor. brodii Gall. 3x. M.

Id per 3.horas retinuit, postea excrementa remollita in copia rejecta, dolor sopitus, & fœtus exclusus salvus ac incolumis. Illud clyisma albo calculo est notandum, in gravidis & puerperis, si alvus adstricta, vel tormina infesta.

Aq.cordialis etiam proficua :

R. Aq.bor.bng.ceral.Ros.an.3iß. meliss.3j.cinna.3vi.marg.præp.3iß. man.Chr.perl.3ß.M.

De Phtisi.

OBSERVAT. I.

Cum Illust. ac Generofus Dn. Wolfgangus L. B. ab **Herberstein**/an.19. de tussi questus, inclinationem habens ad Phtisian et si tum nihil purulentí excreneret, & ad illam mitigandam, Medici Argentoratenses, ubi tum commorantes, in vanum laborassent, Ullman rediens meo usus consilio, ordinavi:

R. Sp.aroma.Ros.3j. sp.diatrag. frig.34. sem.cor.præp.3ij.sem.anisi.

3j.facch/ros.tab.34.f.Trag. Eâ usus super pane tosto vino madef. à cibo.

Valde commendabat sibi adeò profuisse, ut nihil tussis ultra annum fenserit. Sed cum itinere in Styriam suscepto, per alpes nivofas Equis veredariis vectus, exin corpore alias pūsillo & molli, concusso ac conquassato, & in victus ratione delinquens, in tussim recidit, Ullmam reversus, diu cunctatus, antequam medicamenta usurpasset, tandem me accer-